Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Per omnia secla seculorum Oremus.
Preceptis salutaribus moniti. et divina institutione formati audemus dicere,
Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris Et ne nos inducas in temptacionem Amen Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis presentibus et futuris. et intercedente beata et gloriosa semper virgine dei genitrice maria. et beatis apostolis tuis petro et paulo atque andrea cum omnibus sanctis.
Da propicius pacem in diebus nostris. ut ope misericordie tue adiuti. et a peccato simus